SAMMELHANDSCHRIFT
14. bis 15. Jh.
Seite 4r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26449
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ciis. quia hi qui iam contemplacōnis exercere
saltus nouerunt. altos sententiarum diuinarum uer
tices quasi montium cacumina transcendunt. In
ualidos aūt sententia nō subtiliter prolata. laudi
bus exercet. et sola in xp̄o fides ab inimicorum in
cursu humiliter continet. Tali sciencia p̄ditus.
matrē suā faciliori studet in formare disciplina
Satis laudabiliter btūs augustinus matrē scilicet
uniuersam ecclesiam uel unaquaque fidelem animam.
illum uidelicet imitatus. qui in euglio loqui sic di
gnatus ē. Quicūque fecerit uolūtatē p̄ris mei qui in
celis ē. ipse meus fr̄ et soror et mr̄ ē. Hanc p̄facionē se
quentis opusculi cauta consideracōne debemus
meditari. Nam qui meditatur in lege dn̄i die ac
nocte. dabit fructum suū in tempore suo. Oculi omnium
in eū debent sperare. qui dat escam omnibus in tempore
oportuno. Qui aperit manū id ē. filiū dextere sue quem
sibi confirmauit. et omne animal bn̄dicione com
plebit. cui ē honor et gloria p̄ infinita scla sclorum amen

Corporis extantes ut sunt. sic cordis et aures.
Plus excellentes. sed sensibus interiores.
Ni fallor dn̄s cordis quesiuit iesus.
Dum docet. et ppl̄m studuit conuertere stultū.
Clamabat dicens hec. qui tenet audiat aures.
Auribus his fratres nos conuenit ēē tenaces.
Verborum. summa que monstrant denique uitam.
Moribus. et memori debemus tradere menti.
Nam prudens doctor. scē uirtutis amator.
Hec augustinus depromsit dicta beatus.